



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Bvlla Canonizationis S. Othonis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527



BULLA CANONIZATIONIS S. OTHONIS.

Clemens Episcopus seruus seruorum DEI, Venerabilibus fratribus E. Merseburgensi, & O. Eistettensi Episcopis, & dilectis filiis S. Emmerammi Ratisponensi & Schunartensi Abbatibus, Decano & Scholastico Virtziburgensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Ad audiendum Apostolatus nostri ex quarundam serie literarum & relatione multorum peruenit, quod diuina potentia per merita & interuentum Beati Ottonis, qui Babenbergensis fuit Episcopus, multam est operata salutem, praecipue in gente Pomeranica, ad quam fuit ab Apostolica sede transmissus; & in ea compluribus miraculis donauit illi Dominus coruscare.

Quoniam igitur iuxta diuina scriptura et testimonium lucernaria non sub modio, sed supra candelabrum est ponenda; distinctioni vestra per Apostolica scripta mandamus; quatenus de vita ipsius & miraculis diligentius inquiratis, que nobis fuerunt per multorum literas indicata. Et si non inuenieritis aliquid, quod obstat, ipsum canonizatum, auctoritate freti Apostolica, solenniter & publicè nuncietis; anniversarium diem sui transitus facientes, & publicè nunciantes, ad honorem DEI, & ipsius beati viri memoriam solenne haberi. Datum Laterani III, Kal. Maij. Pontificatus nostri Anno secundo.

Hanc Bullam
inuenies quoq;
spud Bar. Tom.
12. Anno 1189.

Aa 3 Altera

Altera Bulla eiusdem argumenti.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei & venerabilis
fratri Ottoni Episcopo, & dilectis filiis Canonici
& uniuerso Clero & populo Babenbergensi Mon-
tis S. Michaelis salutem & Apostolicam bene-
dictionem.

Cum sedi Apostolica referuntur ea, que ad salutem per-
tinent animarum, & devotionem Cleri & populi, manifestis
indiciis respicere comp̄obantur, ea, sicut conuenit, libenter
audimus, & ut debeant in Domino promoueri, fauorem, ut
expedit, imp̄ertimur Apostolicum & assensum. Hinc est,
quod cū ad audientiam Apostolatus nostri quarundam se-
rie literarum, & multorum relatione peruererit; quod diuina
potentia per miracula & interuentum B. OTTONIS,
qui Babenbergensis fuit Episcopus, sit multorum operata salu-
tem, pricipue in gente Pomeranica, ad quam fuit ab Apo-
stolica sede transmissus: in qua donauit illi Dominus Deus
compluribus miraculis coruscans.

His gratanter auditis, & pro tantis beneficiis omnipot-
enti Domino gratiarum actionibus exsolutis, vestris piis de-
sideriis ad laudem Dei satiēfacere cupientes, Venerabilibus
fratribus nostris Merseburgensi & Eistettensi Episcopis, &
dilectis filiis S. Emmerami Ratisponensi & Schuwartzeni
Abbatibus, Decano & Scholastico VVirtzburghensi dedimus
in mandatis; quatenus de vita ipsius & miraculis diligenter
inquirant, quae nobis fuerunt per multorum literas indica-
ta. Et si non fuerit inuentum aliquid, quod obstat, ipsum
canonizatum prædictæ magnæ personæ debeant solenniter &
publicè auctoritate fratris Apostolica nunciare, anniversari
um diem sui transitus facientes, & publicè nunciantes ad
honorem DEI & ipsius Beati viri memoriam solennem ha-
beri.

beri. Datum Laterani Kalend. May, Pontificatus nostræ
anno secundo.

Anno igitur Domini M. C. LXXXIX. II. Kal. Octob. Tranlatio
in die S. Hieronymi translatus est S. Otto Deo dignus Episco-
pus Babenbergensis & Pomeranorum Apostolus; præsidente
adhuc in sede Babebergensi Ottone Largo XI.

Has duas Bullas reperi in codice quodam Bibliothecæ
Bauaticæ, qui Annales Bambergenses continet; cui addita
est hæc annotatio. Scripsi ego Hartmannus Schedel Nurimbergensis
Artium ac vtriusque medicinae Doctor, Anno salutis 1497. Chronicam i-
stam Babebergensem, cum commendatione ac descriptione Vrbis Baben-
bergensis, cum eo Anno Antonius Haller ciuius Nurenbergensis, sacer meus,
ex progenitoribus suis de antiqua familia, Babenbergensis oriundus, tan-
dem vitam cum morte commutauit X. die Mensis Septembri, & vxor e-
ius socrus mea, hunc librum mibi, ac liberis eius, nepotibus meis, dono de-
disset: cum in eo folia pleraque sine scriptura essent, ne liber in nihilum
redigeretur; Propria manu hac de Babenbergensi historia perfeci. Nu-
remberga quoque de Babenbergensi Diœcesi existit, ut ob vicinitatem loci
gesta in ea civitate posteris manifestentur, pro oblectamento succeden-
tium, ut fructum inde capere possint, prescripta sunt, & vt Co-
dex iste diutius perseveret, ad laudem summi
datoris, Amen.



NOTA.